



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 40. Præter homines & alia silere dicuntur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

Horri
bile de
Sacer
dote
loquaz
ci ex-
emplū.

Fuit quoq; Sacerdos, nomine, non actu, ita linguæ vitio deditus, vt potius mentiretur quàm non infamaret criminibus socios ac cohabitantes. Hic ante mortem raptus est in furiã & tanta in se debachatus est cæde, vt proprijs dentibus linguam maliloquam dilaniaret, manderetq; & palàm cunctis ostenderet, quòd quia lingua sua dolosè egerat & venenum aspidū sub labijs eius, quasi sepulchrum patens guttur illius, fetorem teterimum exhalaret. Hæc ibi.

CAPVT XL.

Præter homines, & alia filere dicuntur.

Primò, Deus ipse vt suprâ ostēdimus cap. 28. num. 1.

Secundò, Angeli, vt diximus capit. 20. num. 2.

Tertiò, Babylon filia Chaldæorum. Vnde Isa. 47. 5. *Sedet tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum:*

deorum:

deorum : quia non vocaberis ultra
domina regnorum. Coniungit silen-
tium cum quiete & tenebris, in
quibus optima sit recollectio, ma-
ximè quando aliquis meminit no-
uissimorum.

Quartò. Fluctus procellæ, Psal.
106. 29. *Et statuit procellam eius in
auram & siluerunt fluctus eius, & la-
tati sunt quia siluerunt.*

Quintò Habitantes in Insula,
Tyros scilicet, Isa. 23. 2. *Tacete qui
habitatis in Insula, negotiatores Sido-
nis trās fretantes mare, repleuerunt te.*

Sextò, Mari iubet Christus ta-
cere, Marc. cap. 4. 39. *Et exurgens
comminatus est vento & dixit mari;
Tace, obmutesce. Et cessauit ventus
& facta est tranquillitas magna.*

Septimò, Mucro Domini de-
bet refrigerari & filere, Ier. 47. 6.
*O mucro Domini usquequo non quie-
sces? ingredi in vaginam tuam re-
frigerare & file.*

Octauò, Omnis terra, à facie Domini. Hab. 2. 20. & super regē Babylonis. Isa. 14. 7. Quæ & filuit tempore Machabæorum. 1. Machabæor. 1. 3. † 7. 50. † 9. 57. † 11. 18. 52. 2. Machab. 14. 4. Nonò ventus filuit in sermone Domini. Eccli. 43. 25. vt & patet ex Marci 4. 39. De quo numero quinto,

CAPVT XLII.

Non omni tempore loquendum esse.

HActenus docuimus quare tacendum & silendum sit, & cui silentium maximè conueniat, nunc verò ostendendum non omni tempore loquendum esse, & quo tempore vnicuiq; silēdum sit.

Non omni verò tépore loquendum, docent sacræ literæ, & in primis Ecclesiastes cap. 3. v. 7. cùm inquit. *Tempus tacendi & tempus loquendi.* A quo non discrepat Ecclesiasticus c. 20. 5. *Est tacens qui inuenitur sapiens; & est odibilis, qui pro-*